



Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

Acquaviva, Claudio

Coloniæ Ubiorum, 1616

102 A iudicijs tuis non declinaui: quia tu legem posuisti mihi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50645)

482 MEDITATIONES

Ex Del
gratia.

biorum, & corpus mortis in salsuginem
maris, instar aquarum, defluentia, te qui-
dem legem ponente, & seras, ac vestes co-
stituente, legis tuæ custodia continui, vt ad

Psal. 113.

imperium ruum Iordanis, qui continen-
ter defluit, id est, corruptelæ humanæ la-
psus, conuertatur retrorsum. Ita nouo mi-
raculo, dum ad terram promissam prope-
ramus, stant aquæ, nec in præceps excur-
runt. Tibi canantur laudes Domine, tibi
mirabilium effectori. Nā mihi sine te quid
sum, nisi dux in præceps? Ponantur & tibi
lapides memorialis, vt, cum interrogauer-
it cras mens mea, quid sibi volunt lapides
isti, id est, monumentum, & memoriale
magnalium tuorum, respondeat spiritus
grato animo, id factū esse, siccante Domi-
no Deo nostro aquas in conspectu nostro.

Ios. 3.

Ios. 4.

102 A iudicijs tuis non declinaui: quia
tu legem posuisti mihi.

Perseue-
rantia in
legis cu-
stodia.

Hinc & illud factum est, vt non solum
prohibuerim à vetitis pedes meos,
sed etiam indesinenter eos in iussis persta-
re fecerim. Ideò declinaui à malo, & à bo-
nis non deflexi: quia nec à iudicijs, & placi-
tis tuis, in quibus totius rectitudinis linea
est, sum paclus auerti. Id autem, et si carni
difficile, atque arduum est, ideò consecu-
tus sum, quia tu legem posuisti mihi. Tu
inquam, cui tanquam factori, iudici, bene-
factori,

factori, parenti, remuneratori non perpetuo obedere nefas duxit. Quis enim haec considerans, à lege tua recedat? Quis memor tui randum non pareat tibi? Quis legislatorem te repudiat? quis legem tans, non intimis medullis legem exoscuponat. Nec solum ea me consideratio à declinando absterruit, & retraxit, sed illud Idem principium, quia tu legem posuisti mihi, gratiam dat, tiam simul, & vires intus præbens. Posuisti ac vires. quippe legem non solum iubendo, & illuminando, sed etiam sanando, dirigendo, afficiendo. Vnde & alibi oraui. Vias tuas *psal. 24.* Domine demonstra mihi. Parum est. Et semitas tuas edoce me. Neque hoc sufficit mihi, sed addo. Dirige me in veritate tua, & doce me. Sed neque hoc satis, tantus est animæ languor, ergo & trahe me, & porta me. Quippe tu dixisti. Ego feci, & ego feram, ego portabo, & saluabo.

103 Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo?

S E R V A R E quidem legem tuam, nec ab ea declinare, tuae virtutis est Domine, gratia legem inculcans humanæ infirmitatis, sed eousque imitari hominem, ut etiam dilectis ea sint, hoc planè magnificentiam glorie sanctitatis tuae loquitur, & mirabilia tua narrat. Nam vt ea, quæ sensum mortificant, cor *psal. 144.* nem trucidant, dulcia faucibus fiant, hoc omnino gloriam regni tui exaltat. Super

X 2 mel